
Florulae Insularum Australium Prodrromus (Latin Edition)


Forster Georg

Title: Florulae Insularum Australium Prodrromus (Latin Edition)

Author: Forster Georg

This is an exact replica of a book. The book reprint was manually improved by a team of professionals, as opposed to automatic/OCR processes used by some companies. However, the book may still have imperfections such as missing pages, poor pictures, errant marks, etc. that were a part of the original text. We appreciate your understanding of the imperfections which can not be improved, and hope you will enjoy reading this book.





FLORVLAE
INSVLARVM AVSTRALIVM
PRODROMVS.

AVCTORE

GEORGIO FORSTER M. D.

SERENISSIMO REGI POLONIAE A CONSILIIIS INTIMIS
HISTORIAE NATVRAE ET BOTANICES IN ACADEMIA
VILNENSI P. P. O. ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE
CVRIOSORVM REGIAE MEDICAE MADRITENSIS
REGIAE SOCIETATVM SCIENTIARVM LONDINENSIS
ET HAVNIENSIS SOCIETATVM ANTIQVITATVM ET REI
AGRARIAE QVAE CASSELLIS SVNT REI AGRARIAE
CELLENENSIS ET NATVRAE SCRVTATOR BEROLINENSIS
SODALI NEC NON REGIIS SOCIETATIB. GOTTINGENSI
SCIENTIARVM ET PARISINAE REI AGRARIAE
LITTERARVM COMMERCIO CONIVNCTO.



W

GOTTINGAE
TYPIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.
MDCCCLXXXVI.

581.99V
F733

V I R O

EXCELLENTISSIMO ET CELEBERRIMO

ANDREAE SPARRMANNO

MEDICINAE DOCTORI
PROFESSORI HISTORIAE NATURALIS
MVSEI HOLMIENSIS ACADEMICI PRAEFECTO
ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARVM HOLMIENSIS
SOCIETATIS PHYSIOGRAPHICAE LVNDINENSIS
MEMBRO &c.

F L O R V L A E

COMMVNI STUDIO ORNATAE

R E C E N S V M

D.

GEORGIVS FORSTER.



P R A E F A T I O.

Ex itinere circa globum terraqueum redux anno MDCCLXXV, coniunctim cum patre optimo *Characterum nouorum generum plantarum* adumbrationem typis tabellisque aeneis exaratam publici iuris feci. Hanc breui, vt sperabam, ita pollicebar descriptiones integras stirpium orbis australis insequenturas. Haud igitur ab re esset enumerare causas, quae harum diuulgationem impedierunt; verum piget querelis quamuis iustis immorari.

Interim vndecimus ab editione nouorum generum vertitur annus. Species plantarum complures, a nobis primum detectae, alienis curis prodierunt in lucem, siue quod in solo natali iterum deprehensae fuerunt, siue quod, etsi a nobis mutuatae, alieno nomini minus religiose illae addictae sunt. Facile quidem tolerari poterat iactura tantillae, inuenti legitimis auctoribus erepti, gloriolae. Sed non potuit non vitium subrepere descripsiunculis alienis iuxta sicca plantarum exemplaria congestis et festinanter nimis in medium prolatis. Quae cum ita essent, iam vltro videbar adstipulari erroribus, ni publice in eosdem animaduertem. Attamen eadem, quae olim, obstacula manum nostro operi admotam inhibent. Qui in colligendas haec naturae diuitias aes publicum impenderunt, ad earundem communicationem cum orbe erudito sumtus denegant, librarii redemptionem recusant; vetat res familiaris

familiaris tot figurarum sculpturas, quae descriptionibus illustrandis inferuiunt, priuatis opibus moliri. Quid multa? Praemittendum itaque exploratoris vice catalogum Florulae Polynesiae constitui, certiore me redditurum, num in promptu mihi sint auxiliatrices manus, quibus omnibus his angustiis expediar? Enimuero, nisi cuncta me fallunt, praefagens iam animo tot inter potentissimos Europae principes exorientem Musagetam video, qui nostrorum tentaminum fautorem se praestet, Floraeque australis ornandae honorem Britannis eripiat.

Nomina plantarum, quas cum amicissimo SPARRMANNO in oceani australis insulis legimus descripsimusque, solis differentiis specificis et locis natalibus adiectis, huic prodromo inferui, exclusis stirpibus magelanicis, nec non iis quas in atlantici maris insulis offendimus. Species cognitae omnes

ad



P R A E F A T I O.

Ex itinere circa globum terraqueum redux anno MDCCLXXV, coniunctim cum patre optimo *Characterum nouorum generum plantarum* adumbrationem typis tabellisque aeneis exaratam publici iuris feci. Hanc breui, vt sperabam, ita pollicebar descriptiones integras stirpium orbis australis insequuturas. Haud igitur ab re effet enumerare causas, quae harum diuulgationem impedierunt; verum piget querelis quamuis iustis immorari.